immediate a deo, sit etiam in delibilibus, tamen usus ipsius multum dependet ab ecclesia et a rectoribus suis qui vices eius exequentur. **E**t hic fundabilis est possibilitas subtractionis vel suspensionis obedientie ab aliquo in papa rite electo. **N**am quod obedientia tali profertur est preceptum affirmatiuum, quod non obligat per se, nec in penam ecclesie. **S**i videtur ergo ecclesia quod prestare nunc obedientiam pape in administratione ordinum, sacrorum et similium fieret ecclesie peniosius, et pape in instrumentum malicie, cur non suspendere potest huiusmodi obedientiam, quod si nullum inobediendo cadat periculum. **H**ec autem subtractio obedientie magis adhibere fundabilis est in his que sunt temporalis administrationis. **S**ed utrum hec obedientie subtractio vel suspensio valeat per alium quam per ecclesiam vel generale concilium forte videretur respondendum negative. **P**resentim si fiat primo de subtractione generali et autoritativa, et que ligat omnes de ecclesia in hoc stare. **S**ecus est de subtractione particulari, quo ad hos vel illos, que non fertur autoritative, sed vel doctrinaliter et innuatine vel necessitate quadam inductione. **S**ubebit (Exempli gratia) summus pontifex contra theologos ex parte quod fideles credant spiritum sanctum non procedere a patre et filio, dicimus quod theologorum erit doctrinaliter resistere, et dicere quod sibi non obediatur. **S**ubebit alter summus pontifex quod fastet regnum francie igne et gladio, dicimus quod regis erit resistere et iubere quod ei non obediatur sed resistatur, hoc est fas est agere cuiusque in quem vim illicitam vel let inferre etiam verus papa. **N**on est par inqueratur vixi convenientibus, et congruis, aut etiam per eius iram aut quod ecclesia nequaquam congreget ne forte ipsum excuset. **D**icimus quod omnium catholicorum erit resistere et non obedire. **Q**uod si sit aliquis qui totam presentem suam, et papalem dignitatem, conuere velit in instrumentum nequicie, et destructionis aliquid cuius partis ecclesie in temporalibus vel spiritualibus, nec pateat sufficiens remedium aliud nisi subducendo se ab obedientia talis potestatis sentientis, et seipsa abutentis, et hoc ad tempus, vel quousque ecclesia vel concilium prouiderit, hoc fas erit, dum tamen illud agere pia quedam impellat necessitas, non licet

bido. seu cupiditas assumendi improbe ve
lamen malicie libertate. fratremur em duo
illa nullo mo obere fieri. nisi manifesti cau
sis vigentibus ne in toto corpe ecclie dete
rior: 2 generalior scissura fiat: 7 inducat. du
picularia membra p seculu: no obedire. si
cut notat Aristo. in poll. pessimu ce co sue
scere no obedire p napi siue regi. Quanto
magis erronea 7 danada est assertio q licet
vnicuiq subditoz. mor vt aliqs est tyran
nus ipm vijs oibus fraudulentis 7 dolosis
sine quantis antoutate vel declarato e iudi
ciana morti tradere. psertim si addat hec as
serio q tyrannus ille ois est q no pect ad vti
litate subditoz sed de hac re alibi. d qua vi
derint assertores.

Consideratio. 14. P

Aferibilis est vicarius sponsus
ecclie p eccliam. aut generale co
cilium ppetuo vel ad tps. quo ad
ea oia que sunt iurisdictionis. sa
tis indirecte deductio consideratiois istius
patet ex pcedenti. Na pnt ab aliquo rite in
papa electo tolli ta de iure q d facto subdi
ti in quos debet iurisdictione exercere. Et
ita p indirectum iurisdictione non subsistit.

Atru vo directe 7 absolute possit omnis
potestas iurisdictionis a papa rite electo re
moneri. possit ee duplex imaginatio q ad
aliquas iurisdictiones qualis est iurisdictione
respicens sacramentalem absolutiones q
alterius est ronis q alie respicientes foruz
externus. Hec em iurisdictione bz confes
sor: pape sup ipm. cui tm no possit comuni
can iurisdictione in foro exteriore supra papa
vt q eum possit excommunicare. Hanc in
sup iurisdictionem habet in casu necessita
tis omnis sacerdos apud peccatore sibi vo
lentes cofiteri. Sicerent ergo aliqui de hac
spirituali iurisdictione sicut d potestate or
dimis. q licet ip auferibilis sit in se 7 in sua
essentia. tm est suus vsus impedibilis mo
dis factis. Sicut etia impediu se scismati
ca 7 heretica pfalli ab ecclia ne quisq eis nisi i
casu necessitatis debeat cofiteri. Dicent
alij q talis iurisdictione no soluz impedit in
suo vsu sed etia tollitur ministerio ecclie.
7 plati supioris du degradat hereticus ali
quis platus vel sacerdos. et hoc q conde.

scendit deus tollere ab illo sacerdote pate
diuinitus sibi collata p ministeriu tglis. ta
q p causam sine qua no sicut imaginatur
doctores multi d potentia collata sacramen
tis respectu gre qua figurat. no em attingit
illa virtus actiua sacramentorum substan
tia gratie. sed tamē sunt causa sine qua no
talis gra nequa q crearet. Sicut p terea di
cimus de infusione aie in embrione dispo
situm. Et magis ad ppositu de recessu ame
me a corpe p inductionem em discouenientes
qualitatu. pntim si imaginemur q anima
sicut creabat prius ita nu cannihilaret con
sequenter ad has dispositiones vl ad alias

Ael exemplificemus de annihilatioe gra
tie p peccatum mortale. **A**d ueritatem ta
men in hac materia q optet nos co cedere
cosequenter ad premissa 7 ad factum Cele
stini qui cessit papatu. q papatus non di
cat ordine sup sacerdotium vel episcopatu
qd insup no dicat iurisdictionem in abdi
cabilem humana voluntate supra episco
patum. Alioquin tunc temporis remansis
sent duo habentes papale dignitatem aut
talem que fuisset supior ad episcopales vel
archiepiscopales. Optet vt videt cosequen
ter dicere q mortuo vel cedente bonifacio
qui in locum celestini successit tpe Celestini
potuerat assumi in papatu sine noua
alicuius ordinis / vel potestatis iuridice ef
fentialis 7 in abdicabilis collatione. quem
admodu dicimus de epali dignitate / i his
q fuerunt degradati vel deieci. q iteru pos
sunt restitui nulla psecratione noua facta.

Ade aut p sidera tiones psciunt studiosis /
ad cognoscendu magis 7 magis quid di
cat vel imporet / 7 quid no papalis digni
tas. 7 qualis pot exercere iudiciu ecclie cir
ca papa. **P**otet Bonauentura in di. xlv.
quarti vbi querit si epas sit ordo supra sa
cerdotiu. 7 ponit q neq epatus neq papa
tus dic nisi plenitudine aliqua vel dignita
te in ordine 7 ordine nouu nullu addit.

Consideratio. 16. Q

Aferibilis e vicari' sponsus ecclie
p eccliam aut generale concilium vt
dcau e / 7 tu hoc enenit pbabile
e q magi fiat destituitue 7 iuridice q solu
declaratiue seu dictatiue seu consiliatiue.

De auferibilitate pape

Fuerunt due opinioniones vt alias tãgeba-
tur de destitutiõne pape. **U**na ponit q̃ pa-
pa dñi labit in heresim. iã dñatus est. 7 eo
facto p̃ deũ depositus. 7 pdidit iure dño pa-
pale dignitatẽ sine hec heresis sit secreta vt
ampliant aliq̃. sine sit manifesta. vt placz a
lijs loq̃ restrictius. **C**redũt aliq̃ q̃ nullus
rite in papã electus reddit̃ p̃ aliq̃d crimen
eo facto depositus lz bñ sit deponendus. 7
manet talis rite electus sp̃ papa vsq̃ ad finem
depositiõis latã 7 eũ. p̃ eccliam vel genera-
le conciliũ. aut nisi cesserit spõte sua. quẽ ad-
modũ in alijs ep̃atibus 7 dignitatibus mi-
noribus dicit̃ eẽ certũ. ita q̃ resolutio fina-
lis huius opinionis quã nũc dicim⁹ pbabi-
lem. stat in hoc q̃ sicut nullus efficit̃ papa
lege stante nisi fieret noua revelatiõ vt mi-
raculosa institutiõ. nullus in quã talis rite
efficit̃ papa nisi p̃ legitimã electionem do-
minorũ cardinaliũ. aut aliorũ q̃bus hec po-
testas collata fuerit p̃ eccliam. aut p̃ genera-
le conciliũ. sic nullus talis rite electus delimit esse
papa. nisi p̃ destitutiõnẽ legitimã factã ab
ecclia. vel concilio vel alijs quibus voluerit
p̃ferre ecclia. vel conciliũ hmoi p̃tatem. qua
lis nondum collata esse reperitur. **P**roba-
bilitas huius opinionis fundata est. alias i a-
lio opusculo. **E**t nũc breuiter repetam⁹ di-
centes aliqua. **P**rimo q̃ status hierar-
chicus in ecclia debet esse certus 7 constans. da
oppositũ. **I**am ecclia nõ fuisse sufficien-
ter instituta. q̃ subditi remanerent sp̃ expo-
siti discimini peccati mortalis inobedi-
do vel non obediendo suis superioribus cũ
nõ possit eis p̃stare sufficiẽter q̃n superiores
ius pdidissent in p̃sidente. vel ip̃m retine-
rent. **A**c p̃inde dicimus p̃sequẽtẽ q̃ ti-
tulus ecclesiasticẽ dignitatis vel autontatis
nõ est fundatus in sola sanctitate quemad-
modũ dixerunt heretici qui nominabatur
paup̃eres de lugduno. et alij similes. sicut
dedicit Bonanẽtura in distictis. c. 4. quarta
Alioquin nihil esset certũ in actibus hierar-
chicis. **S**icut nemo scit an odio vel amore
dignus sit. **E**t eadẽ radice pateat q̃ per
sciam vel reprobationẽ eternã. nõ datur vel
aufert̃ p̃ se titulus ecclesiasticẽ dignitatis.
Nã iudas p̃scitus fuit ap̃s. 7 multi p̃des-
tinati carent tale dignitate. **S**equit̃ ampli-
us q̃ titulus ecclesiasticẽ dignitatis nõ est

fundatus in donis gratuitis latentibus in
anima. q̃ de illis cõstare nõ pot̃ subditi
si forte p̃ revelationẽ. 7 p̃sertim si sint dona
que statim habita statim pdi possũt. q̃d di-
citur p̃pter caracteres idelibiles. postq̃ sel-
habiti sunt. 7 de quibus p̃supposita fidẽ p̃
haberi sufficiens certitudo. dũ aliquis rite
suscipit sacramenta imprimẽtia tale car-
acteres. **A**ddamus rursus q̃ sicut in-
iustus homo sine charitate 7 in peccato
mortali potest iuste dominari t̃p̃aliter 7 e-
ter̃ vel princeps in suo titulo. **S**ic etias pot̃
esse ep̃s. vel sacerdos. **E**t hoc sequit̃ ex pri-
oribus cõtra imaginatiõnẽ aliquorũ nostrorũ
temporibus in anglia. et alibi. qui posuerunt
omne dominiũ 7 omne dignitatẽ fundari
in iusticia charitatis et q̃ sine ea nihil pot̃
esse iustũ neq̃ iuste fieri neq̃ possiden. q̃d
vtriq̃ repugnat assertiõnibus sacre scriptu-
re in locis plurimis in q̃bus idolatre 7 pe-
simi homines 7 reprobis appellãt̃ reges. vt
saul. **C**yrus 7 **A**chas. **A**nder chustus do-
cuit q̃ p̃bariseis 7 reprobis daret̃ obedi-
tia in doctrina eorũ dñm ait. **S**upra cathedram
moysi sederunt scribe 7 p̃barisei que
dicunt facite 7c. **V**icamus consequẽter
q̃ dignitates ecclesiasticẽ nõ fundant̃ in fi-
de interiori neq̃ in spe sc̃ta. neq̃ in charita-
te. patet ex eisdẽ fundamentis. **A**c p̃inde
de sequẽtẽ vltimus q̃ deficiente fide in aliq̃
plato nõ est cõsequens vt mor pdiderit pa-
storale dignitatẽ q̃ nec hõs eẽ necessariũ eĩ
fundamentũ. **P**atet amplius q̃ canones
sacre scripture. ac summorũ pontificũ dicen-
tes hereticos esse vitandos tanq̃ ethnicos
7 anathematizatos. verum dicuntur cõ-
stat eos tales esse. 7 maxime p̃ sententiã in-
dicariã. aut p̃nã cõfessionẽ. aut facti cui
dentiam. **N**ihilominus q̃ tales sint eo fa-
cto depositi a dignitatibus. 7 q̃ eas pdide-
runt sine destitutiõne non habet̃ ex eisdẽ ca-
nonibus. **A**ut si aliqui canones viderent̃
hoc sonare de notarijs 7 manifestis hereti-
cis. qui sunt eo facto depositi intelligi pos-
set q̃ contra tales nõ requirit̃ processus iu-
ridicus. ordinatis ad degradandũ eos p̃
sententiam diffinitivã. sicut in oculis 7 in
confessatis operet̃. **V**icamus ergo p̃ dñi
dentes pbabiliter q̃ sicut humana electio
dat ius 7 titulũ ad papale dignitatẽ si bo-

mo sit capax huius electionis. atq; digni-
tatis. 7 si sit viator baptisatus. sit p huma-
nam desertionem p dicit illa p sidentia 7 non
aliter. eo inuito sine sit hereticus sine sit scis-
maticus. **E**t dicitur opponit q; hereticus
no pot esse membr ecclesie q; totominus sit
esse caput eius vel vicarius suus. aut spō-
sus multa in hanc hiam. **R**ndet q; hec
rō v' filis si bñ ppendat/ oino fuit illa que
fundavit oēs errores de quibus p tātū est
q; solus iustus iuste dicit. vel est sacerdos
vel cōsecrat. 7 ita de silibus. **N**otemus
ergo sine p ceflu longiori/ q; multe sunt cō-
neriones mēbrōrū in corpe mystico ecclie
sicut diuerse sunt in eodem corpe vnitates
Una est em vnitās charitatis. Et ita so-
li habētes charitatē dicunt vere mēbra ec-
clesie. Alij q; tum cunq; fideles sunt. vel vt
p fāsa vel vt anida. 7 emortua mēbra. imo
sunt p ditores dñi sui. nec de familia eius.
hoc modo dicit pnt. nec sunt digni pane/ q;
vescunt. **A**lia est vnitās in domo natu-
re. sicut oēs hoies/ pnectunt in intellectu
et in rōne. **A**lia est vnitās in siti picipa-
tione sacrorum. 7 psertim in vnitāte bap-
tismatis in q; caracter imprimi in qua vni-
tate pnectunt oīs qui baptismā nte susce-
perunt. etiā vbi fidē actualē. vel habitualē.
p didissent. Et hec vno videtur absolute
sufficere ad hoc/ q; aliquis rite in papā ele-
ctus/ maneat caput ecclesie quousq; fuerit
p sinitiam diffinitivā depositus. **N**olo tñ
p pterea dicere q; semp sit obediendus tali
heretico/ vel nō sibi resistendū aut q; sit ap-
pellatione papalis dignitatis honorandus
Un in casu sicut iam tactū est possz papa
verus manens papa licite etiā ligari vel in
carcerari. vel in mari demergi quanto ma-
gis possit obedientia sibi. vel reuerentialis
noiatio denegari.

Consideratio 17

Aferibilis nō est vicari⁹ spō-
sus ecclesie nite prius electus. **S**
quin possz creare veros sacerdo-
tes/ 7 epōs. et alia facere q; ordi-
nem suū respiciūt in tali plenitudine rece-
ptum. ab sq; hoc q; iterari debeant ea q; se-
cisset/ q; valida sunt iure diuino q; nūis pec-
cabit ipse cum pncipibus suis si hoc attē-

ptauerit. **C**onsilr ea q; iurisdictionē pu-
ram respiciūt. illa pnt dicit valida q; egenē
talis q; dicit toleratur ab ecclesia. 7 hoc iure
seu approbatōe totius ecclesie. vel pceden-
tium pontificū. 7 concilioꝝ generaliu in-
stitutiōe. psertim nisi aliunde ex culpa sub-
ditorū talia reddita fuerunt inuvalida. q; p-
ticipāt in crimine. **R**ndet hec cōsidera-
tio multis dubitatioibus q; potuerūt oriri
durante hoc pestifero scismate. tam in col-
lationibus ordinū. q; in depēdentibus et
collatōibus bñficiōrū 7 silibus. vbi facilis
se expedit opinio quā pbabili mō posui-
mus in pcedēti cōsideratiōe circa obiecta.
Aultū pdest insup eadem p sideratio ad
celeritōē 7 expeditiōē terminationem scis-
matis p viā cessionis ommissa qualibet dis-
cussione faciēda.

Consideratio 18

Aferibilis est vicarius sponsus
ecclesie tanq; hereticus aut scis-
maticus etiā vbi in casu ipse nō
est veraciter et mentaliter talis.
Assignemus summariē casus aliq; cir-
ca psonas alias qui sūt pnt in papā cades-
re. **P**uos inuenimus in iuribus expressos
Unus est dum aliquis sustinet excoīca-
tione ultra annū 7 citat sup materia fidei
nec rēdet. **A**lius dum citatus corā iudi-
ce renuit p stare iuramentū. **T**alis aliquis
poterit manere semp verus fidelis attē ip-
se tanq; hereticus iuris p sūptōe dānabit
Tercius assignat casus/ si timore mor-
tis vel alia passione motus quis vocaliter
negat ea q; sunt fidei. nec possit aut velit suf-
ficienter se purgare. **Q**uartus casus vbi
actus hereticos. aut idolatricos. habebit
tur p sūptio vehemēs cōtra aliquē. 7 ta-
lis nec poterit aut velit sufficienter se purga-
re. **P**icunt aut actus hereticos vel idola-
tricos. qui sunt cōtrarij vel oppositi actibus
quibus solet fieri p fessio fidei 7 religionis
xpianē 7 cultus diuini. sicut est genu flexio
corā sacro altaris/ 7 ingressus tēpli. 7 silia.
Et in hoc multum valet vsus hoīm. sicut
lia signa. vel talia accipientū. **C**ū si quis
exhibet talia in honore machometi v' ido-
lorū. aut si oppositis factis detestaretur sa-
cramentis altaris. 7 templum dei. 7 sacras

De auferibilitate pape

imagines / et filia faceret. haberi deberet de heresi et idolatria suspectus. et hoc vel vehementer vel graniter. vel leuiter sicut quod plures eam suspicionem aggrauantes et pauciores releuantes concurrerent. Et hic esset longus sermo de modo accusatois talium coram inquisitore. quoniam scilicet et quoniam non veniunt iudicialiter in materia fidei vel idolatrie tractandi.

Casus quintus inuenit. vbi quis per falsos testes accusat. atque convincit fuisse re lapsus in hereses iam damnatas. Ille plane damnabitur et iusto damnabitur per ecclesiam quam non indicat de occultis. sed de allegatis et probatis per scripturam. **S**extus casus incidens cum quarto vbi quis etiam leui suspitione notatus de fide. vocatus fuerit ad iudicium. et venire neglexerit seu contempserit. aut forte non potuerit. de qua tamen impotentia fidei facere non valebit. Cum enim summus pontifex iuxta probata prius. possit tam doctrinaliter quam iudicialiter de iudiciis defendi et accusari coram concilio generali in materia fidei et cultus diuini non repugnat casus istos et similes in ipso posse regni. qui circumdatus est infirmitate. sicut dicit apostolus. **E**xperientie voce loquens.

Consideratio 19

Auferibilis est vicarius sponsus ecclesie per ecclesiam etiam sine culpa sua. quoniam non sine causa.

Langamus sicut casus aliquos. **T**ibi coram tota ecclesia vel concilio generali proponere. et probare per testes. quod papa qui forte est detentus inter saracenos iam obiit. et cum ecclesia iam non possit commode diutius remanere sine papa. videtur omnino quoniam in hoc casu concilio potest creare nouum papam et cum non possint esse duo filii. videtur quod primus erit destitutus per concilio. **P**ossit etiam destitui. vbi constaret de vita. si de eo ablata esset spes omnia redandi. **A**lter casus est vbi quis rite electus in papam efficeret adeo inutilis. propter indispositionem corpalem ac propter carentiam perpetuam usus rationis. quod per concilio iam per eum congregatum dum sane mentis erat expediret aliter prouideri de summo pontifice. **A**lter casus est vbi post electionem canonicam alicuius in papam per cardinales. ipsi cardinales omnes moderentur prout possent electionem suam canonicam publicare. constat quod ecclesia

non tenet hunc crepe per papam. et ita posset ad electionem alterius procedere. **A**lter casus filius stat cum prioribus. vbi nullo modo cardinales etiam viucentes possent facere fidei sufficientem de electione canonica facta circa vnum. qualis casus videtur esse et fuisse in scismate presertim si bene consideretur. **E**t idem circumstantia eius multum infirmat processum habitos contra illos. contententes et aduersus cardinales.

Alter casus propter eodem errorem aut estimationem subditorum aut ipsorum malitiam generalis de quibus non est presumendum quod veniunt debent obedientiam prestare tali qui fuit in papam rite electus. tamen alteri non vult eligendo pati sunt. ut forte si greci vellet ad unitatem ecclesie redire. dummodo tollerent papam iam existens et nouum rite canonicam crearetur. **C**onfirmat hoc imaginatio casus illius iuxta positionem Innocentii et aliorum iuristarum. qui dicunt hominem esse presertim in religione. posse uxorem ducere per saluationem magne gentis aut ad fidem conuersionem. **C**ur non sicut per aliquo tanto bono posset rite electus. per ecclesiam aut concilio generale destitui bono zelo et integra charitate.

Casus alter sextus est vbi per iuramentum et votum aliquis in papam rite electus seipsum ad cessionem obligasset sed differret hoc adimplere. in scandalum populum purantium et tali facto pape / quod neque iuramentum suis obligantur / neque votum / qualem casum habere videmur in manibus. **E**tenim et si casus notati in hac et precedenti consideratione vir aut nunquam visus fuerint / nihilominus et pedes est tangeri ad inquisitionem solidioris veritatis et ad consultationem illorum qui iniuriis suis scriptis omnia periculum et sufficienter arbitrant esse de causa.

Consideratio 20

Auferibilis non est usque ad consummationem seculi vicarius sponsus ecclesie / quin aliquis certus / et vnicus prescribitur / et hoc lege stante / et per supposita mundi duracione longissima. **E**t est oppositum tunc ecclesia maneret imperfecta usque ad consummationem seculi nec suorum gauderet integritate membrorum et presertim membri principalis. **Q**uo circa concludamus sub quadruplici corollario modo

rali cōformiter ad p̄dicta ⁊ ad alias cōside
 ratōnes alibi notatas sup eadem materia
¶ Et dicimus primo q̄ hi repugnant or
 dinationi x̄pi ⁊ sp̄ū sancto rebelles sunt / q̄
 p̄ntis scismatis terminacionez impediunt
 modis talibus q̄s sciūt aut scire debēt / ad
 pacē p̄tinus reducendā / eē vel iniuriles vel
 nocuos / si querat̄ fieri pax p̄ reductionē
 vniū obediētie ad alterā / vel p̄ vim arma
 tam vel p̄ dispositionē iuris que non sunt
 p̄babiliter et salubriter expectanda. **¶** Nec
 sufficit dicere / habemus papā x̄pm / sufficit
 vt credamus in eū / naz talis vniū ad x̄pm
 et si sit necessaria / non t̄m vsq̄quaq̄ sufficit
 vt in ea stemus nō p̄ curādo quātū in no
 bis est vniōē alterā ad vniū vicariū suū
 in terris / de q̄ cōstat ecclesie. **¶** Ad dimus
 p̄nr p̄ scdo corollario / q̄ hi fallūt ⁊ fallunt
 qui p̄pter affectiōē qualēcūq̄ cōmodi
 vel honoris / vel amicitie circa alterū p̄ten
 dentiū / tenderēt impedire suā cōfessionē pro
 impletōe iuramentorū ⁊ vtorū suorum ⁊
 pacis datione / si nollent suā dēfectionē vbi
 hoc agere rennerēt / imo p̄sus quāto ma
 gis aliq̄s fuerit amicus tanto amplius oꝝ
 hoc q̄rere vt eoz sp̄ūs saluē fiat / ⁊ vt pateat
 oib⁹ q̄ nō zelo malo zelati sunt eos aliq̄n /
 sed zelo charitatis / lz forte vel error / vel de
 ceptio in iudicio p̄ticulariū agendorū in
 tenuire poterit. **¶** Dicimus p̄terea p̄ ter
 cio corollario q̄ hi nuntii dei et sp̄ūs sancti
 (sicut credendū est) inspiratiōe tracti fue
 runt / qui ad cōuocatiōē sacri concilij p̄
 sis celebrādi dederūt operā ⁊ p̄mptitudi
 nem p̄stiterūt / p̄stant ⁊ p̄stabit. Ille oran
 do ille exhortādo / hic p̄tegedo / ille cōpen
 do / ⁊ ita de singulis. **¶** Impeditores si qui es
 sent numerādi sunt inter illos de quibus
 nunc cogitamus / qui rei sunt detrimētōrū
 oīm tam tp̄aliū q̄ sp̄ūaliū / ex hoc scismate
 horēdo nascentiū qualia vix suffecerit tra
 ctatus grandis vel summatim enarrare. **¶** Nā
 quōd patris eēt audire ecclesiā / qui suā p̄gre
 gationē vel nollit dānabiliter / vel dānabi
 lins impediret. **¶** Hanc cōuocatiōē p̄ fina
 li scuto sue p̄tēctōis ad deum / quesitū in
 morte rex francie Karolus quintus. **¶** Ad
 hanc eē debet finalis resolutio oīm qui de
 scismate nolunt increpari apud deū / imo
 ad h̄c tēdit neutralitas accepta si b̄n capiat̄

¶ Dicamus ad extremū p̄ quarto corolla
 rio q̄ hi qui sacri conciliū p̄isanū consti
 tuerant / sufficientē habeant auctoritatem
 dei cōdendi duos cōtendentes / aut suos cō
 plures / si noluerint parere dicitatis per hoc
 concilium / in cessione faciēda realiter et de
 facto ⁊ cito ⁊ alijs requisitis / poterūtq̄ p̄
 cedere ad electionē vniū terciū vicariū que
 tercius ⁊ indubitatus ab ecclesia poterit ⁊
 debeat reputari. **¶** Etia vbi nō oēs obedire
 velle sic electo / q̄s t̄m non est indebite p̄su
 mendum. **¶** Ecce ergo viginti considera
 tiones quodā ordine geometrico se sequē
 tes. **¶** Que iunctis alijs sedecim in quarum
 qualibet initū est vnitās ecclesiastica. **¶** Ad
 ditis quoq̄ alijs quatuor dudum tarasco
 ne p̄dicatis / reddunt̄ xl. considerationes.
¶ Et he qualem possint afferre studiosiori
 bus cognitōis materiam sit eorum iudic
 ium qui viderint. **¶** Postulemus tandē
 vt inausferibilis sponsus ecclesie x̄ps vica
 rium certum ⁊ vnicum nobis instimat / ad
 gloriam nominis sui ⁊ nostram oīm salu
 tem / p̄stante eodem qui est b̄ndictus in se
 cula seculorū Amen.

¶ Sedecim considerationes quarum hic
 mentionem fecit / paulo post subsequēt.
¶ 4. **¶** Quatuor alie in sermone tarasco
 ne p̄dicato / qui incipit / Apparuit gratia
 dei ⁊c. etiā subiungēt. 6. **¶** Ad

Sententia magistri

Johannis de Gerson de modo habendi
 se tempore scismatis.

A tollendam quorūdam in presenti scisma
 te pertinaciam in probita
 temq̄ nimiam specialiter
 in patria zflandrensi / si pro
 meritū aut falsis assertiōib⁹
 suis certissima ⁊ p̄niciosissima scismata for
 mā ⁊ fraternā violāt charitatē. **¶** Dum ho
 mines ab obedientia debita suorum supe
 riorum auertunt. **¶** Dum postremo pro in
 stabili sua opinione / et humana traditō
 nem / legem dei sanctam ⁊ stabilem deeres
 re / contemnere et violare compellunt. **¶** Si
 gnus duxi q̄dā fundamētalia p̄ me posita